HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



146

re fecisti in peccatis tuis. ut cogerer dicere. laborauisti
uenis. et nequaquam ultra ferre te posse. Unde et posee idem
loquitur dns. Quid faciam effraym. Prega te israel. Quid faciam.
Quasi adamaim pona te. et quasi seboym. Quod autem lxx posuerunt
in peccatis tuis defendi te et in iniquitatib; tuis. sic po
test superioribus coaptari. ut labor sit dni. et lassitudo
defendere peccatores. Ego ego sum ipse qui deleo ini
quitates tuas propter me. et peccatorum tuorum non recordabor.
Reduc me in memoriam. et iudicemur simul. Narra siquid
habes. ut iustificeris. Pater tuus peccauit primus. et inter
pretes tui puaricati sunt in me. et contaminauerunt princi
pes sancti. dedi ad interitionem iacob. et israel in blasphe
miam. Lxx. Ego ego sum qui deleo iniquitates tuas. et non
recordabor. Die tu iniquitates tuas prius. ut iustifi
ceris. Patres nri peccauerunt. et principes uri inique
egerunt in me. et contaminauerunt sancta mea. Et dedi ut
dispderent iacob. et israel in obprobrium. Tu me inquit
iacob. et israel labore fecisti in peccatis tuis et onera
iniquitatum tuarum portare uix potui. quos nequaquam
seruos meos nec puerorum uoco. sed simplici appello no
mine iacob et israel. ut ostendam et arguam peccatores.
Ego autem propter me quia misericors sum et patiens et mul
tarum miserationum delebo omnes iniquitates tuas in
aspersione et sanguine noui testamenti. delens uetus
cirographum. quod aduersum te scriptum erat. Et peccatorum
tuorum ultra non recordabor. quod si credere uolueris in bap
tismate dimissurus sum. Reduc quoque me in memoriam. siquid
habes iuste quod respondeas in libentem accipiam. ut iu
dicemur simul. et arguas me non fecisse et quod facere